

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5389

**Auteur(s) :** official de l'archidiacre du Cotentin Guido de Harcourt [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1294, 15 janvier

**Lieu d'émission :** Valognes

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Nicolas le Boulanger vend au chapitre de Coutances pour huit livres douze sous six deniers tournois une rente de huit boisseaux de froment, mesure de Hauteville-Bocage, à la Saint-Michel du Mont-Gargan. Cette rente est due par Guillaume le Boulanger le jeune sur quatre pièces de terre de Hauteville-Bocage. S'il ne peut payer cette rente, il devra verser au chapitre en contrepartie dix livres tournois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathedral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 154, p. 286-278.

## Dissertation critique

v. st.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Guidonis de Haricuria, archidiaconi de Costentino in ecclesia Constantiens, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presencia et in jure coram nobis, Valoniis, constitutus, Nicholaus dictus le Boulengier, de Alta Villa, confessus est spontanee, non coactus, se vendidisse ad finem et in perpetuum dimisisse viris venerabilibus et discretis capitulo Constantiensi octo bussellos frumenti ad mensuram de Alta Villa annui redditus quolibet anno ad festum sancti Michaelis in Monte Gargano, super Guillelmum dictum le Boulengier juniores, unacum homagio dicti Guillelmi, in quo frumento dictus Guillelmus eidem Nicholao tenebatur ratione quatuor peciarum terre sitarum in parrochia predicta, una vero apud Les Casteleins, juxta terram Moricet ex una parte et terram Rogeri de Spina ex altera, et tendit ex uno buto apud Buredan et continet dimidiam acram et dimidiam virgatam terre, vel eocirca ; secunda sita est in Veisdifo des Forleus, juxta terram Johannis Trevieres, continens unam virgatam ; tercua sita est in crota Vascelini juxta terram Guillelmi le Boulengier ex una parte et terram Michaelis Valan ex altera, abotans ex uno buto ad vicum de Alta Villa, continens unam virgatam et dimidiam terre ; quarta sita est apud Le Brachet juxta terram Radulphi Pinel et terram uxoris Guillelmi le Boulengier a lateribus et butat ex uno buto ad terram as Angevins, continens dimidiam acram vel eocirca ; quas quidem pecias terre dictus Guillelmus tenebat in feodum ab eodem Nicholao pro redditibus supradictis ; et fuit facta dicta venditio pro octo libris, duodecim solidis et sex denarios tur., super quibus eidem Nicholao extitit plenarie satisfactum a dicto capitulo, in pecunia numerata conversa in usus proprios

dicti Nicholai, prout confessus est in judicio coram nobis ; tenendum, habendum et in jure hereditario finaliter possidendum ab eodem capitulo libere, pacifice et quiete, absque reclamatione ejusdem Nicholai suorumque heredum in premissis decetero facienda ; et promittit idem Nicholaus predicto capitulo dictum frumentum liberare, garantizare, furnire et defendere, sine diminutione de omnibus erga omnes in sua hereditate propria valore ad valorem excambiare, si ibidem garantizare non posset ; et juravit, tactis sacrosanctis evangelii, quod premissa predicto capitulo garantizabit, furniet et defendet, ut prefertur, et quod contra premissa vel aliquod premissorum per se vel per alium quacumque ex causa non veniet in futurum, volens et concedens a nobis excommunicari, nulla alia monitione premissa, tanquam reus perjurii puniretur, inscalari omnemque audientiam sibi denegari, tam in foro ecclesiastico quam eciam seculari, et quod teneatur solvere dicto capitulo decem libras tur. nomine pene commisso ab eodem apposite, si contra premissa vel quolibet eorumdem veniret aut venire niteretur per se vel per alium quoquomodo in futurum, qua pena soluta dicto venditio in suo robore remanebit. Ad quod obligat idem Nicholaus se, heredes suos et omnia bona sua, mobilia et immobilia, presencia et futura, renuncians super hoc subprestito ab eodem juramento omni exceptioni doli mali, privilegio crucis et fori, precii non justi, non habitu, non recepti, petitioni libelli presentis copie instrumenti, omni juris auxilio canonici et civilis et omnibus aliis exceptionibus, allegationibus et defensionibus juris et facti, loci et temporis, que contra presens possent obici vel adduci. Et nos dictum Nicolaum presentem volentem et concedentem ad premissa tenenda et fideliter adimplenda, ut prefertur, dicto capitulo condempnamus. Actum anno Domini M° CC° nonagesimo quarto, die veneris post festum beati Hilarii.